

Messio Extricato | II cos.<sup>15</sup>, | p. R. c. ann. DCCCCLXX. | Q. Aradius Rufinus cooptatus | imp. Antonino II et Sacerdote II cos.<sup>16</sup>, | p. R. c. ann. DCCCCLXXII.

*Romae prodiit a. 1596, mox periit (VI 4984 semel vel bis descripta). Contineri  
hac tabula relationes de additis ad sacerdotium sodalium Augustalium locis vice-  
simo septimo et vicesimo octavo, et cooptationes factas in utrumque illum locum,  
demonstravi eph. ep. 5 p. 74. — 1) Cf. supra N. 222 not. 3. — 2) A. 51. —  
3) Scilicet in locum Neronis, cum Galba successor eius iam antea inter sodales  
Augustales esset cooptatus (Suet. Galb. 8), cooptatus est Rutilius Gallicus, de quo cf.  
supra N. 4007. — 4) A. 68. — 5) Cf. supra N. 2118. — 6) Requiritur casus sextus.  
— 7) A. 92 (cos. vocabulum videtur adiunctum fuisse ad prioris consulis nomen).  
— 8) Aera Capitolina (cf. supra N. 466 not. 4). — 9) Cf. supra N. 258 not. 3. —  
10) A. 74. — 11) A. 197. — 12) imp. vocabulum supplevi, cf. supra N. 446. —  
13) Hic quoque apparet adhibitam fuisse aeram Capitolinam. — 14) Cf. supra  
N. 466. — 15) A. 217. — 16) A. 219.*

### Ex actis fratrum Arvalium.

*Acta fratrum Arvalium marmori incisa, reperta partim quinque fere mili-  
bus passuum ab urbis Romae porta Portuensi, via olim dicta Campana, cf. infra  
N. 5048 not. 3 (hodie via della Magliana) in vinea quae fuit Ceccarelliorum, ubi  
lucum deae Diae fuisse apparebat, partim variis locis ipsius urbis Romae, quo aedi-  
ficandi causa medio aevo allata erant, composuerunt primus Marinius atti e monu-  
menti de' fratelli Arvali (Rom. 1795), deinde Henzenus 'Acta fratrum Arvalium quae  
supersunt' (Berol. 1874, cum amplissimo commentario), C. I. L. VI p. 460 seq. n. 2025—  
2118. Fragmenta quae post annum 1874 accesserunt, composuit Huelsen Eph. epigr. 8  
[1892] p. 316 seq., C. I. L. VI p. 3261 seq. n. 32558—32597. Quomodo acta in lapidibus  
disposita fuerint, quaesiverunt Huelsen eph. ep. 8 p. 341 seq., Hula arch. ep. Mith. 17,  
1894 p. 67 seq. Excerpta ex actis fratrum Arvalium dedimus iam supra N. 229/250.  
241. 451.*

#### Cooptationes fratrum.

In magistri defuncti alias substitutus.

5026 — — — [is]dem cos.<sup>1</sup> pridie eius Maias in regia<sup>2</sup> | [Cn. Cornelius] Cn. [f.] Lentulus augur<sup>3</sup>, mag.<sup>4</sup>, in locum L. | [Aemili] Paulli<sup>5</sup> Drusum  
Caesarem<sup>6</sup> Ti. f. Augusti n. | [fratrem] Arvalem cooptavit et ad sacra voca-  
vit. | [Adfuerunt] Cn. Pompeius Q. f.<sup>7</sup>, L. Domitius Ahenobarbus<sup>8</sup>, | [L. Cal-  
purnius] Piso pontif.<sup>9</sup>, [T.] Quinctius Crispinus | [Valerianus]<sup>10</sup>; per tabellas  
cooptarunt | [imp. Caesar] Augustus, Ti. Caesar Augusti f., Germanicus |  
[Caesar Ti. f.] Paullus Fabius Maximus<sup>11</sup>.

[Isdem consul]i[b]us<sup>12</sup> XVIII k. Ianuarias in regia<sup>2</sup> | [Cn. Cornelius]us Cn.  
f. Lentulus augur, mag., in locum Cn. | [Pompeii Q. f.] . . . Pompeium  
augurem et in locum imp.<sup>13</sup> | [Caesaris] Augusti<sup>13</sup> . . . .<sup>14</sup> fratres Aryales |  
[cooptavit et] ad sacra vocavit. | [Adfuerunt Drusus] Caesar Ti. f., L. Piso  
pontifex, T. Quinctius Crispinus | [Valerianus], M. Cornutus; per tabellas  
cooptavit | [Ti. Caesar divi Aug. f.] Augustus.

*Ex tabulae marmoreae, quae continebat acta anni p. Chr. 44, pagina priore,  
fuit Romae olim in domo privata, sed ablata sine dubio ex luco fratrum Arva-*